

Id redarguebat prolocutor predictorum duorum nautarum. In cuius testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum valsterbode, anno domini M^o CCC^o XXVII^o, in die vndeclim milium virginum.

2639.

1327 d. 26 Oct.

GISLE ELINÆSON lofvar att till S:t Clara kloster i Stockholm, vid anfordran, afstå de gods, som Lars af Helleby till honom upplåtit i Svina i Wåla socken i Uppland, eller gifva kontant ersättning.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis, GISLO ÆLINÆSON. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium bona fide firmiter promitto quod predia et bona que mihi laurencius de helliby. assiguauerat in villa swinum parochia walæ, domine abbatissime(!) et sanctimonialibus sancte clare stocholmis cum de eisdem me requisierint plenarie resignabo, aut eisdem in prompta pecunia prout ipsis placuerit. in posterum satisfaciam pro premissis Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, scriptum anno domini. M^o, CCC^o, XX septimo. feria secunda proxima ante simonis et iude.

Pd frånsidan, med nyare hand: Hællaby j Valla sokn. parochia wale.

Sigillet (sparre), skadadt i kanterna, på en ur brefvet klippt remsa.

2640.

1327 d. 29 Oct.

Ängsö.

NILS ABJÖRNSSON upplåter till Riddaren Gisle Elinæson sina gods i Bergshammars gård och socken i Södermanland, hvilka han af Herr Ulf Magnusson bekommit, och erkänner, att han för dem uppburit full betalning.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis, NICOLAUS ABYORNÆSON, salutem in domino sempiternam Tenore presencium nouerint vniuersi, posteri, vt presentes, quod nobili militi domino gisloni ælinaeson, exhibitori presencium, quindecim oras terre, in villa et parochia bershamar in sudhermannia iuxta nykopiam. quas de domino vlphone magnusson habui, cum omnibus et singulis, mobilibus et inmobilibus, ac aliis pertinenciis quibuscumque intra sepes vel extra prope vel remote positis, nullis penitus exceptis, per presentes dimiseram. perpetue possidendas. approprians sibi suisque heredibus bona premissa omni iure possessorio, mihi meisque heredibus penitus alienans, pro quibus eciam bonis recognosco per presentes. me de dicto domino gislone. plenum et competens precium, prout me contentum reddo. habuisse integraliter et